

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Pena siue punitio e
cum fontibus proximo et primo

Sicut non impediunt iustum ab eterna uita quedam peccata uenialia,
sine quibus uita ista non geritur,
sic ad salutem eternam nichil prosunt impio aliqua bona opera,
sine quibus difficillime uita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur.

Augustinus in libro de sentenciis Prosperi.

Sicut non impediunt ab aeterna uita iustum quaedam peccata uenialia,
sine quibus haec uita non ducitur,
sic ad salutem aeternam nihil prosunt impio aliqua bona opera,
sine quibus difficillime uita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur.

Prosper Aquitanus, *Liber sententiarum*, 46 (CCSL 68A,
M. Gastaldo ed., p.268, ll.1-4).

sicut enim non impediunt a uita aeterna iustum quaedam peccata uenialia,
sine quibus haec uita non ducitur,
sic ad salutem aeternam nihil prosunt impio aliqua bona opera,
sine quibus difficillime uita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur.

Augustinus Hipponensis, *De spiritu et littera*, 28.48 (CSEL 60,
K. Urba & J. Zycha eds., p.203, ll.16-19).